

Cessionis instrumentum exhibet §. 286.

Chirographariae litterae habentur in §. 82.

§. 66.

§. 67.

§. 68.

CITATORIAE α Litterae.

an si citationem (( Ladungs-Brieff β Erfoderungs Brieff γ ) prius Accepi, possum me citantem ad meum trahere judicem & ita citationi non parere?

Negatur.

Ratio 1. quia citatio inducit Præventionem. δ. 2. quia prior *Tempore* prior *Jure*. ε.

α. B. Carpz. Process. Tit. 7. art. 1. §. 4. n. 56. ε. Gothf. Fibigii Process. p. 34. γ. I. G. Schottelius in der teutschen Haupt- Sp. 1. 7. c. 12. n. 197. p. 493. δ. 1. ult. C. de in jus vocando. l. 19. ff. de Jurisdic. c. pen. de foro competent. ε. c. 54. de R. J.

Clericæ litterae, dabantur sede vacante. Joh. Micrælius in Synt. histor. §. 69. Ecclesiastic. lib. 2. sect. 2. p. 460. Idem in Lexic. Philosoph. p. 688.

COMMENDATORIAE α Litterae.

§. 70.

num Litterae Commendatitiae (Commendation-Schreiben/ Fürschriff-ten β. Lob-Brieffe γ) commendantem obligant, ita ut commendato degenerante ille ad Interesse conveniri possit?

Negatur. δ.

Ratio, 1. quia aliud est Personam commendare, aliud verò Voluntatem suam insinuare. ε. 2. quia Commendans non *Præcipit*, sed *Consulit*, ut potius hunc quam alium quis sibi velit commendatum. ζ. 3. quia Commendatio non inducit Obligationem.

α. Joh. Theod. Spreng. in lucer. jur. Publ. p. 551. ε. Ch. Befold. Thesaur. voc. Commendiren. γ. G. Ph. Harsdörffer Secret. p. 2. Tit. 66. & 71. p. 49 der Spathe in der Secretariat-Kunst p. 3. vol. I. p. 438. vocat Lobschreiben / ubi etiam Formulam habet. δ. l. 12. §. 12. ff. Mandati l. 7. §. 10. ff. de dol. mal. l. 1. ult. C. quod cum eo qui in alien. potest. B. Carpz. p. 2. decis. 126. n. 3. Sig. Finckelthaus obs. 16. ε. l. 11. §. 2. ff. de legat. 3. ζ. jam verò ex *Consilio* nemo obligatur. c. 14. qv. 1. can. ult. 3. l. 2. §. ult. 6. ff. Mand. §. 6. Inst. eod. nisi *Fraudulento* l. 47. ff. de R. J. & *Maligno* l. 53. in fin. ff. de V. S. η. Aug. Barbos. lib. 3 c. 30. ax. 1. Fallit tamen 1. si fuerit *Dolosa* l. 7. §. fin. L. 8. & 20 ff. de dol. mal. L. 47. ff. de R. J. 2. si *Specialiter* fuerit concepta l. 7. C. Mand. l. 1. ult. C. quod cum eo qui in alien. potest. l. 12. & 13. ff. Mand. Idem juris esse in *Fiducialium litterarum* ( *Credenz-Brieffen* ) obligatione testatur J. Jac. Wissenbach. disp. ff. vol. I. 32. th. 4. 3. si inter *Mercatores* fuerit interposita, quibus pro tacitâ fidejussione habetur B. Carpz. P 2. c. 18. d. 24. §. 7. Interim Horatianum lib. I. ep. 18. observasse monitum proderit:  
Qualem commendes, etiam atque etiam aspice: ne mox  
Incutiant aliena tibi, peccata pudorem.

B

COM-